



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manvale Episcoporum Pro Decretis in  
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

**Gavanti, Bartolommeo**

**Venetiis, 1650**

Concubinarius.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9534**

- vel coram se facere solem piter, prædictari. cong. conc. *Decreto impresso 1525.*  
*Roma.*
- 53 Prohiberi quoque potest concio non solita extra cathedralem tempore Aduentus, & Quadragesimæ. congr. Episc. 10. Febr. 1604.
- 54 Neque prohibere in Parochiali conciones Quadragesimales eo titulo, ut frequentior sit populus in cathedrali. eadem 20. Febr. 1601.
- 55 Populus detrectas subministrare viatum de more concionatori, solitamque eleemosynam, compellatur, etiam interdicti pena. *Prœv. 4.*
- 56 Prædicatorum eleemosynam ne universitates moderentur, Episcopi current, congregat. *Episcop. 3. Iulij 1590.*
- 57 Si ex publico ciuitatis ætario concionatori solent eleemosynæ dari, ea consuetudo seruetur. *Decisum refert Barb. alleg. 76. nn. 13.*
- 58 Nulla vero ex parte merces tribui solita concionatori exigenda est à Pensionariis. *Decisum refert Barb. ibidem.*
- 59 Vbi sunt Hebrei, in sabbatis conciones illis habeantur, non in loco sacro, cura Ordinarij, *Greg. XIII. Anno 1584.*
- 60 Conueniant illi à 12. annis supra, ita ut tercia salteri, eorum pars intersit, sub penitentia interdicti commercij, & alijs arbitrio Ordinarij. *ibidem.*
- V. *Archiepiscopus numero 30. Eucaristia numero 57. Excommunicatio. numero 34. Exequia. numero 58. 59. 60. Interdictum numero 26. Atomium cura spiritualis. numero 38. 39. Montes pietatis. numero 3. Quadragesima. numero 9. Regularium iuria sub Episcopis. numero 32. Et seqq. Suspensionem. 15. Vicarius Foranensis numero 10. Visitatio Episcopi. num. 36.*

## A D D I T I O.

- 1 Concionante Episcopo, prohibetur aliorum concio. *Cong. conc. 2. Maij 1629.*
- 2 Non tamen Parochi eo tempore prohibentur concionari *eadem 11. Junij 1631.*
- 3 Parocho concionanti non tenetur universitas loci dare aliquid, quod solet alijs dari concionatoribus. *ead. 20. Mart. 1621.*

## Concubinarius.

- 1 **T**er admonitus ab Ordinario excommunicetur, nec absoluatur nisi patuerit. *Trid. siff. 24. cap. 8. de Matrim.*
- 2 Si neglexerit censuram, sententia contra eum procedatur. *ibid.*
- 3 Mulieres, siue coniugatae, siue solutes, qua cum concubinariis publicè viunt post tertiam monitionem puniantur ab Ordinariis, & extra locum, vel Diocesim ejiciantur. *ibid.*
- 4 Semel ad prenitentiam, & communio nem admissi, si in luto eodem peccatorū keferint, ne amplius ad communione admittantur, nisi emendati. *Prœv. 2.*

## Confessarius.

- 1 **E**piscopi vigore priuilegii, de quo in cap. fin. de poen. & remiss. non possunt eligere sibi sacerdotem sibi non subditum in confessarium sine approbatione proprii Ordinarii. Decisum refert DD. apud Barb. *alleg. 25. nn. 9.*
- 2 Neque potest Concilium Provinciale dare facultatem poenitenti subdito suffraganei eligendi sibi confessarium non approbatum ab ipso suffraganeo. *Vide sup. Conc. Provinc. numero 75.*
- 3 Non possunt deputari confessarii à laicis vigore iurispatronatus. *Cong. Episc. 22. Maij 1615.*
- 4 Parochi consentur approbati in ciuitate, vel oppido, vbi sita est parochialis ad confessiones audiendas; non autem pas sim per totam Diocesim. Decisum refert *Prax. noua episc. p. 2. e. 1. nn. 10.*
- 5 Et dimissa parochiali, non habetur idoneus Decisum *ib. d.* refertur.
- 6 Nemo, neque etiam Regulatis audire potest confessiones secularium, etiam sacerdotum, nisi aut parochiale habeat beneficium, aut ab Episcopo per examen, si videbitur necessarium, approbetur. *Trid. siff. 23. cap. 15.*
- 7 Neque aliis, praeterquam Episcopos, potest approbare confessarios. Decisum refert Barbos. *alleg. 25. numero 12.*
- 8 Nimirum Episcopis loci, vbi auditur confessio, *Natur. in Man. cap. 27 n. m. 266.* Decisum refert, *Campanil. Rub. 12. e. 12. num. 77.*

9 Sub-